

Manifestum est autem quod numerus sub extrema specie diuidente. 59. superet numerum sub extrema diuidenda, vt 29. Alioqui cum gradus diuidimus per scrup. i. ex diuisione existerent sexagenæ dierum primæ. Nunc dies saltem inde nascuntur, quibus iam integrorum locis debetur, ac si collocanda sunt porrò sub 34. & reliqui deinceps numeri sub reliquis suo ordine. Iam si examen vel coniecturam instituas, qualem diximus, inuenies 59. in 29, 34. contineri tricies. Nam 59. multiplicata in 30. faciunt 29. 30. quæ supernè scripta suis locis & subtracta ex 29. 34. transfixa; relinquunt, 0. 4. & reliquos inde numeros sub speciebus diuidendis ad dexteram. Transfige & 59. Similiter 30. multiplicata in 8. gignunt 4. 0. quæ scripta suis locis supernè, & post subtractionem transfixa relinquunt ijsdem locis 0. 9. Transfige 8. Rursum multiplicata 30. in 19. gignunt 9. 30. quæ scripta, subtracta, transfixa; relinquunt ijsdem locis 0. 18. Ad hunc modum si perrexeris tum multiplicando, tum subtrahendo, nihil tandè relinquetur, sed omnes numeri sub diuidendis speciebus consumentur. Propositum igitur arcum Sol æquali motu composito conficit diebus 30. Subiecimus autem typum integri calculi, quod vel ipse aspectus calculi aliquid lucis adferat præceptis.

	0	0	0	0	0	0	0	
0	4	9	18	22	22	25	29	
29	4	9	18	12	12	20	19	0
Gr.	30	3	30	30	3	30	30	30
	/	//	///	////	/////	///////	////////	/////////
29	34	9	48	42	12	50	19	30
30								
	29	8	19	27	24	25	42	39

Repetamus & alterum exemplum multiplicationis. Pertransierit nimirum Luna i. sexagenam secundam, 14. sexagenas primas, 9. gradus 37 1 a, 22 a, 27 3 a, 16 4 a, 46 5 a, 51 6 a, 11 7 a, 55 8 a, cumq; motus diurnus Lunæ æqualis à Sole, sit 12. gr. 11 1 a, 26 2 a, 41 3 a, 29 4 a, 57 5 a, 49 6 a, 37 7 a, 11 8 a, quæritur, quot diebus vel quanto tempore Luna tot partibus à sole remoueat. Colloca numeros omnes tam diuidendos quam diuidentes, vt in præcedenti exemplo, Ac primum 12. in 1. 12. habentur sexies, quæ sunt 6. sexagenæ dierum. Nam iuxta superiores regulas sexagenæ primæ graduum diuisa in gradus velut integra pariunt sexagenas dierum, siquidem numerus sub secundis sexagenis, quippe Sola vnitas, diuidi per 12. minimè potest. Iam 6. vt inuentus numerus sub sexagenis primis dierum, velut sub prima quota specie dierum collocandus, si multiplicetur in singulos numeros sub speciebus diuidentibus, &